Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

, 7.

Alberti h.

Anonymi de Animalibus.

1. i. 6.

Cod. VI.

Chartac. Fol. maj. Sec. 14.

Primum folium membraneum, cætera 306 charac. Littera librorum initiales. ad lib. 17 usque elegant[er] a miniatore ornata. Videtur hic Codex Sec. 14. exaratus. Continet libros 26 cujusdam Authoris anonymi de animalibus. Nescio qui factum sit, ut hic Codex libros 19 Aristotelis de animalibus continere crederetur, cum obvia quævis inspectio detexisset errorem. Nam nec librorum tituli nec numerus cum editis Aristotelis operibus conveniunt. Proterea lib. 2. Tract. I. cap. 2.: ut pluribus alibi:/ adducuntur opiniones Galieni /sic/ Avicenæ, Averrois, et Aristotelis, qui Peripatheticorum magister et princeps nominatur. Jurat collationis gratia non nullos librorum Codicis nostri titulos seu inscriptiones adferre. "Liber I." Incipit liber de animalibus primus, qui est "de membris animalium, et procipue perfectissimi animalis, qui est homo: atque primus tractatus est de "diversitate animalium in membris et vita. Capitulum "primum, et est dispositio declarans disgressionem animalium et qualiter comparantur ad invicem animalia "secundum participationem partium."

Incipit: Scientiam de animalibus.

"Lib. II." Incipit Liber Secundus de animalibus, in quo "agitur de compositione aliorum animalium ad hominem secundum convenientiam et differentiam. "Tractatus primus de manifestis membris. Capitulum "primum de convenientia, quae est in Superioribus membris capitis colli et pectoris."

Initium: Nos ad hoc in libro promisso.

"Liber III." Incipit liber tertius animalium, qui "totus est de origine similium membrorum, quae "sunt in animalibus. Tractatus primus est de Anathomia venarum et Sanguinis origine istorum "duorum, et de origine nervorum. Capitulum "primum, quo intentio libri et de opinionibus antiquorum de origine venarum Sanguinis."

Initium: Hoc quam diximus est dispositio.

"Liber IV" Incipit Liber quartus animalium. Cujus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

, 8.

„primus tractatus est de diversitate marinorum san-
„guinem non habentium. Caput primum quo fit
„libri intentio et qua diversitas marinorum san-
„guinem non habentium et quo fit diversitas ma-
„lachie membrorum ejus."

Initium: Jam in prohabito libro sufficienter dictum est.

Liber 26. et ultimus agit de vermibus; ubi in fine author se philosophiae naturalis peripatheticorum interpretem a lectoribus suis haberi vult et exposito rem, et addit: "Si autem non legens et comparans reprehenderet, tunc constat ex odio eum reprehendere, vel ignorantia, et ego talium hominum parum curo reprehensionem." etc:

"Explicit opus naturalium."

Quis autem fuerit iste interpres, mihi autem ignotum.
Quetif Script. ord. Prod. T. I. p. 174. Iandem me docuit, hoc opus esse Alberti groti seu Magni, ord. Prod. Episc. Ratisbon. Magistri S. Thomae Aquin. qui obiit ao 1280. Extat in edit. opp. Alb. quam adornavit Jammy, Lugd. 1651. Tomo 6to. Plura de eo dat Quetif l. c. p. 162. Legg.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1715

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)